



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Auariti[a]e remedia sunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

te in hac nocte repetent animam
tuam &c. Hæc repromissio est ne-
qua, sicut, quando homo sibi usur-
pat proprium dei existens, sicut
de futuro disponere. Vnde in acti-
bus Apostolicis legitur. Non est
uestrum nosse tempora uel momen-
ta quæ pater posuit in sua potestate
Nequior est, cum tempus infiniti
ualoris sibi à deo datum fatuè ex-
pendit, adhuc tamen præsumit
quod Deus multum sibi sit datus.
Nequissima est quando talis non
tantum tempus sibi datum perdit,
sed etiam in contumeliam ipsius la-
gitoris expendit, & futurum tem-
pus in contumeliam illius expende-
re disponit. Quia ergo fronte præ-
sumit, quod Deus qui ista nouit
debeat sibi longam uitam dare?

A&I.

*Avaritiæ remedia sunt
quinque.*

Hieron.

Primum est mortis considera-
tio. Vnde D. Hieronymus di-
cebat; Facile contemnit om-
nia, qui semper se cogitat moritu-
rum. Sicut enim aues, & pisces re-
gunt se caudis suis, & iumenta de-
pendunt se ab importunitate mul-

INSTITVTO. 44

carum, sic homo regit se consideratione finis in hoc seculo, & defendit se ab auaritia & ceteris uitiiis, & solicitar se in bono opere. Nam auaritiae morbus nūquam melius compesci potest, quam sine obliuione diem mortis meditari, & qualis postea fuerit homo in sepulcro considerare. Secundum est, dominice paupertatis consideratio. Vnde dicitur. Recordare paupertatis meæ, absintii, & fellis. Et B. Bernardus dicit, Magna abusio est, & nimis magna quod diues uelit fieri uermiculus uilis, pro quo Dominus maiestatis pauper fieri uolutuit. Tertium est, quod homino elongat se à cupidis, & ab auaris. quia sicut dicit Isidorus. Periculorum est cum his qui prauæ uoluntatis sunt sociari. Melius est habere malorum odium quam consortium. Et familiaris sit ille, qui terrena contemnit. Vnde David dicebat. Cum sancto sanctus eris &c. Sanctus in Psa. 17. grœco dicitur, ἅγιος, idest sine terra. Vnde est sensus, cum eo, qui est sine terrenitate. Quartum est, diuinorum, & æternarum diuinitiarum consideratio, quia ut ait Gregorius uilescent temporalia, cum considerantur, & desiderantur æterna.

Tren. 3.

Bern.

Isyd.

Psa. 17.

Grego.

CHRISTIANA

Itidem dicebat , si consideremus
fratres carissimi quæ & quanta no-
bis promittuntur in cælis , vilescūt
animo , omnia quæ habentur in ter-
ris . Quintum est consideratio utili-
tatis , & infidelitatis diuitiarum ter-
renarum . Viles enim sunt diuitie
quia non posunt adiuuare hominē
in die mortis neq; in die iudicij . Vn-

Soph. I. de dicebat Sophonias . Argentum
eorum & aurum eorum non pōterit
liberare eos in die irę Domini , &c.

Infideles sunt quia non sequuntur
hominem , quemadmodū dicit Job .

Dives cum dormierit , nihil secum
aufert . Dauid etiam dicit . Dormie-
runt somnum suum , & nihil inue-
nerunt .

Psa. 75. dicitur de avaro et ibi sicut

*Avarus comparatur hydropi-
co in tribus .*

Augus. **P**rimo . In inflatione , idest in
superbia , quæ procedit ex di-
uitijs . Vnde Augustinus ait .

Vermis diuīcum superbia est . Se-
cundo in fœtido anhelitu , idest , in
corrupto consilio quod dant fami-
liaribus suis . Tertio in siti infati-
bili , sicut tribus de causis . Prima
est , quia avarus bona , quæ acquirit